poribus per XXX. [1] ann. sine interpellatione servierit: res dominica [2], vel intentio privata non inquietabit, si colonatus, vel inquilinatus quæstionem movere [3] tentaverit: sed in curia, vel in corpore in quo fervierit, remaneat. Datum 3. Kalend. Jul. *Mediolan.* STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

7. Impp. THEOD. & VALENT. AA. [4] ad Eudoxium [5].

NEmo [6] dempto [7] canone ad comparationem dominicæ [8] possessionis accedat. Quod si quis in posterum ad interdictum contractum accesserit, eum volumus pretia [9] perdere [10] perpetuo: nec expensarum, vel melioratæ rei fructuum exactioni compensationem opponere: nec temporis sibimet contra [nostra] commoda præscriptione [excepto vetustatis [11] auxilio [12]] blandiri; Palatinum etiam officium, si quoquo [13] modo contractus ejusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre privato nostræ manifestudinis ærario: nulla liberalitate nostræ clementiæ, nulla sanctione contra tanta rei privatæ commoda valitura, licet adnotatio, vel divina pragmatica sit; quæ contra vetita canonem vendere concedat [14], vel pœnam Palatino remittat [15] officio. Dat. 13. Kalend. Jun. *Constantinop.* ANATOLIO V. C. CONS. 440.

TIT. LXVI.

DE FUNDIS ET SALTIBUS REI DOMINICÆ [16].

Immittens animalia in pascua principis, animalia perdit, procuratorque fisci, qui hoc consentit, gravissime punitur. Ang.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Dripatium.

SI quis ovium [17], vel equarum greges in saltus rei dominicæ alienus immiserit: fisco illico vindicentur. Quod si venalis procurator [18] coniventia, ut id deinceps tentetur, admiserit: eos gravissimo jubemus supplicio subjacere.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Paulum Comitem dominicæ rei [19].

SI qua [20] loca [21] ad sacrum [22] dominium [23] pertinentia cujuslibet temeritas occupaverit: secundum veteris [24] census fidem in sua jura retrahantur, rescriptis per obreptionem [25] impetratis, & præscriptione [26] longi [27] temporis, & novi census præjudiciis in hac causa summovendis [28]. Neque enim, aut precatio colorata, aut incubatio [29] diuturna, aut novella professio, proprietatis [30] nostræ privilegium [31] abolere potuerunt. Dat. 5. Kal. April. CP. ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. LXVII.

DE AGRICOLIS, ET MANCIPIIS DOMINICIS VEL FISCALIBUS [32] REIPUBLICÆ [VEL PRIVATÆ.]

1. Imp. CONSTANTIN. A. ad Constant. P. P.

NUllus omnino originalis colonus [33] rei privatæ nostræ ad [34] aliquos honores, vel quælibet alia civitatis munera devocetur. Non enim civitatum ordinibus, & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus ad hæc suprema præsidia injuriosa nominatione descendendum est.

2. Idem A. Januario P. P.

COlonos nostros, qui privati [35] sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colendos agros idonei, retrahi jubemus, ac tantum colendis nostris rebus addici: quinetiam in posterum observari, ne quis eorum rem privatam cujusquam gerendam, aut aliquid administrandum suscipiat.

3. Idem A. ad Equitium Magistrum equitum, & peditum [36].

SErvi, atque coloni, & eorum filii, vel nepotes, vel quicunque de fundis, ac possessionibus nostris clanculo ad officia convolaverint diversa: reddantur, etiam [37] si armatæ habuerint sacramenta militiæ. Nos enim etiam eos discingi jubemus, ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

4. Imppp. [38] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Florum.

EXingenuo, & colonis, ancillisque nostris [39] natos, natasve, origini, ex qua matres eorum sunt, facies deputari.

5. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P.

DOminicos [40] colonos, neque ad descriptionem [41] patimur devocari, neque extraordinarias pati functiones: maxime cum adversus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Valerio P. P.

QUotiens alicui colonorum agrum privati patrimonii nostri placuerit venundari [42]: non unus tantum, qui forte consortibus [43] suis gravis ac molestus existat, sed alii quoque duo vel plures ex simili origine ac [44] jure venientes, in suprædicta emptione focientur.

TIT. LXVIII.

DE PRÆDIIS [45] TAMIACIS, ET DE HIS QUI EX COLONIS DOMINICIS ALIISQUE LIBERÆ CONDITIONIS PROCREANTUR.

Natus ex uno parente tamiaco, & altero libero, tamiacus est. Bart.

1. Imp. ZENO A. [Chiferoti P. P.] [46].

SI liber [47] colonus, vel colona libera Tamiaco [48], vel Tamiacæ matrimonii jure copuletur: filii, vel filiæ ex hujusmodi contubernio procreati, vel procreatæ colonis dominicis adnectentur: si autem adscriptitius vel servus alienus colonam, vel ancillam dominicam [49] ducat inuxorem, vel adscriptitia, vel ancilla colono, vel servo nubat dominico [50], & ex hujusmodi conjunctionibus nati sunt liberi: veterum [51] legum jus tenere fancimus.

2. Idem Sebastiano P. P. [52].

MEminimus pragmaticam sanctionem jussisse fundos tamiaci juris in provinciis positos, nec non etiam possessiones *Gonatici* [53] *saltus* sub certa forma (salvo scilicet canone, & tributariis collationibus) hisdem prædiis impositis, volentibus distrahi, quatenus quicquid ex pretiis memoratorum fundorum posset restitui, publico inferatur. Sed licet per eandem sanctionem hujusmodi venditionum contractibus plenissima delata sit cautio, attamen perpetuæ emptionis securitati consulentes hujus etiam perpetuæ constitutionis auctoritate muniri eosdem emptores præcipimus.

TIT. LXIX.

DE DIVERSIS PRÆDIIS URBANIS, ET RUSTICIS TEMPLORUM ET CIVITATUM, ET OMNI REDITU CIVILI.

Ædificans in solo publico debet solvere debitam pensionem pro ædificio, si expediat reipublicæ, alias ipsum solum cum ædificio vindicatur. Bart.

1. Imp. JULIANUS A. Attico.

PRo ædibus quas nonnulli [54] in solo reipublicæ extruxerunt, placitam præstare pensionem [55] cogantur.

Tertia pars canonis, qui redigitur ex fundis, vel locis, reip. sufficit ad restaurationem murorum. Bart.

2. Idem A. Secundo [56] P. P.

[A]mphiliæ] etiam [57] civitates, & quæcunque aliæ quicquid [58] sibi acquirant, id firmiter habeant [59].

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. [60].

REstaurationi [61] mœnium [62] publicorum tertiam portionem ejus canonis [63], qui ex locis fundisve Reipublicæ annua præstatione

1 Vide *Novell.* 123. *cap.* 1. *in fin.* 2 Dominica res & privata idem, *ut hic*, & *l. 9. supr. de jure fisci*, quæ & proprietas, dominium. *l. 2. ff. tit. prox.* 3 Al. *opponere.* 4 *Ex Novo Theod. de refcind. vend. rei dominicæ.* ubi hic legitur inscriptio, *Eudoxio C. P. P.* 5 Al. *Com. R. P.* 6 Emere dominum possessionem, canone detracto, nemo potest. Num & pretium perdit, & fundum amittit: nec ea, quæ impendit aut melioravit, recipiet: nec compensabit cum fructibus, qui ab eo exiguntur: nec præscriptionem temporis habebit. Quinetiam palatini, qui, ut talis emptio fieret, adnuerint, quinquaginta libras auri, nullo beneficio in his valituro, præstant. *Synopf. Basil. d. tit.* 15. *c.* 5. vide *l. 2. supr. sine censu vel reliquis.* 7 *Acempto, in Nov. Theod.* 8 Domino rerum, hoc est, principi privata conservari, publice interest. 9 Emendis contra interdictum legis poena hic est, pretium, expensas, meliorationes in rem factas amittere, præscribere non posse. Alias interdum pretium amittitur tantum: ut si quis centum absque terra emerit. *l. 7. supr. de agricolis. b. l. tit.* 47. Imo ne pretium quidem: ut si non vicinus vicanei fundum compraverit: contractus quidem nullus est, emptor tamen non amittit pretium. *l. unic. in fin* 8. *non licere habitatoribus Metrocomiæ. h. l. tit.* 55. 10 *Irrogredere, in Nov. Theod.* sed emendanda est ex hac lectione. 11 Vetustatis vocabulum alias significat quadraginta annos: alias 30. vide *l.* 11. *supr. de fundis patrim. h. l. tit.* 61. alias 20. annorum spatium: *l.* 1. *in fin. l.* 2. *in prine. l. ult. ff. de aqua & aquæ pluv. adde l.* 13. *ff. de cohortalib. l.* 12. *tit.* 58. *ff. l.* 2. *C. Th. de long. temporis præscript.* Ita distinctum tempus varie solet accipi. *l.* 1. *C. Th. de act. certo tempore finit. l.* 2. *supr. de præscript.* 30. *annor. l. qui in provincia. C.* 7. *ff. de ritu nupt.* vide Cujac. *obs.* 28. 12 Abiunt a *Nov. Theod.* & addita fuerunt ex *l. ult. supr. de fund. patrim. h. l. tit.* 61. ut recte observavit *Pithœus.* 13 *Quo, in Nov. Theod.* 14 *Concedet, in Nov. Theod.* 15 *Remittet, in Nov. Theod.* ex qua subscriptionem restituere potes.

16 *Tamiacæ*, in meo manusc. est, *Dominicæ*. Goth. Res dominica & res privata idem est, ut constat ex *l. pen. tit. præcedentis*, *l.* 9. *supr. de jur. fisc.* Hinc *tit. l.* 2. præsentem vocat & dominium. Debuit igitur (inquit Cujacius) superior titulus ita concipi: *De fundis & saltibus rei dominicæ.* vel, *De fundis & saltibus rei privatæ.* & hic non interponi. *Mod.* 17 Grex ovium vel equarum in saltus dominicos immissus fisco vindicatur. 18 Procurator. 19 Al. *domorum.* 20 C. Th. *to. l.* 15. *l.* 3. *supr. ne rei dominicæ vel temporum.* 21 *Uiquam loca*, in C. Theod. 22 Dominium hic appellat res privatas. 23 *Tametsi*, Hal. 24 Sensu antiquo fundum, non novo. *l.* 1. *supr. de censf. h. l. tit.* 57. 25 Obreptitia rescripta non præcanda, sed utilia fisco. 26 Præscriptionem. 27 Dominio sacro, non possessioni longi temporis favendum. 28 Quædam hic omissa funt e *C. Theod.* 29 Incubatio eli malæ fidei possessoris. 30 Proprietatem quoque hic appellat res privatas. 31 Vide *l.* 2. *supr. de præscr.* 30. *vel* 40. *annor.*

32 In Scriptis nostris exempl. legitur, *fiscalibus*, *sive rei privatæ*, sic in meo recte. *Cont.* 33 *l.* 5. *l. 3. h. l. & l. ult.* § 1. *l. fi. ad municip. l.* 5. § *coloni. ff. de jure immunit.* 34 Coloni rei privatæ ad honores aut munera civilia devocari non debent. 35 Coloni rei privatæ principis alienam rem administrare non possunt. 36 Al. *redituum*; sed male. 37 Coloni rei privatæ principis a militia armata, etiamsi protectores sint, ad propriam conditionem cum sua sobole retrahendi. 38 Al. *Idem A. ad Florentium.* 39 Δελεὰς διονυσιακὰς Græci appellant ancillas dominicas: ut fit sensus: Ex ingenuo & colono ancillaque dominica natum, matris conditionem sequi: & origini ejus deputari. *Syn.* 55. *tit.* 11. *cap.* 12. colonus est dominicus. adde *l. 19. supr. de agric. & cenfit. h. l. tit.* 47. 40 *l.* 1. *supr. h. t.* 41 Coloni rei privatæ principis nullam descriptionem pati debent, aut ad extraordinaria munera devocari. adde *l. 1. 5. de agricolis, & cenfit. h. l. tit.* 47. *l.* 1. 5. *ne rusticani. h. l. tit.* 54. 42 Coloni æger venditus, non uni consorti tantum addicendus est, sed duobus saltem vel pluribus. 43 Consortes, qui ejusdem funt originis. vide *l.* 14. *supr. de contrab. empt.* 44 Aut.

45 *Tamiaca* prædia in provinciis erant fervis suis & colonis insfructa. *l. 1. l.* 2. *hoc tit.* sed & equitiis. *Novell.* 30. *cap.* 5. *in fin. c.* 6. *c.* 7. in Cappadocia fuerunt frequentia. *d. c.* 6. *&* 7. vid. Alc. *hic. &* Perthon *sup. ad tit. de fund. rei privat.* Goth. *Taxatico* cellarium dicitur in *Nov. Martiani de ind. rel.* & ideo eorum cura pertinebat ad Comitem domorum, & præpositum sacri cubiculi; & hac ratione domus separatur a re privata; quod enim domui deputatur, cellario deputatur, vel cubiculo: Res privata aliis necessitatibus. *l. ult. infr. de privil. dom. Aug. vel res privat.* Verum & domus sæpe ad rem privatam referuntur, itidemque dicuntur & *tamiaci & domines*, ut in *l.* 1. mox quæ offensit ex colono libero & tamiaca, vel contra, tamiacum natsci. Ex adscriptitio vel fervo alieno & tamiaca, vel e contrario natum, matrem sequi. nam hoc jus antiquum est. *l.* 21. *supr. de agr. cens.* Mod. 46 Pro inclusis meus liber habet, *præpositis fenestris* forte deest verbum patrimonii. *Cont.* 47 Coloni liberi res proprias habent: *ut hic*, adscriptiti servi & peculia eorum in potestate dominorum. *l.* 18. *l.* 19. *in fin. l.* 21. *in fin. supr. de agricol. & cenfitis. h. tit. tit.* 47. terram tamen dimittere non possunt, ut qui possessione 30. annorum quæsiti sint. *d. l.* 18. 48 *Tamicio. Nov. Martiani* ut *de indulgent. reliquorum.* cubiculum & cellarium principis, cui deputati erant reditus Tamiaci. Tamiaci vero servi, qui huic addicti. *Nov.* 20. 30. adde *Nov.* 30. *c.* 8. 49 Tamiacam. 50 Tamiaco. 51 *l.* 21. *supr. de agricol. & cenfit. h. l. tit.* 47. 52 Justinianus. 53 Al. *Gomaticii.* Sed Alciatus legendum existimat, *gunathetici*, vel *agonatheticæ*, *arg. l. 6. ff. tit. prox.* qui fecretum certaminum functionis deputati erant, ut tamen nihil mutetur, poterit dici Gonaticus saltus cujusdam dominici saltus proprium nomen, ut hic Cujac. fcribit.

54 Solarium conventum superficiarii, qui in fol. Reipublicæ ædificarunt, quotannis præstare debent. Solarium est autem, quod pro solo datur, vectigal soli. *l.* 2. 9. 17. *ne quid in loco publ. l. etiam.* 15. *ff. qui patiores.* Jull. 18. 55 Pensitatione. Goth. *ff. ne quid in loco publ. l. etiam.* 15. *ff. qui patiores.* Jull. 18. 55 Pensitatione. Goth. A solo *solarium* dicitur *in l.* 2. *ff. ne quid in loco publ. l. etiam. ff. qui patior. in pign.* Mod. 56 Al. *Sera.* 57 Et civitates. 58 Civitates quisquid sibi adquisierint, id firmo jure tenere debent. 59 Tenenat. 60 *C. Theod.* 15. *l.* 3. unde hæc inscriptio fic restitui potest: *Have Vincenti K. N.* 61 Al. *Ad restaurationem*, in *Cod. Theod. ad reparationem.* 62 Mœnium instaurationi tertia pars canonis, qui colligitur ex fundis Reipublicæ, deputanda. vid. *l.* 10. *l.* 11. *supr. de operibus publ. l.* 18. *C. Theod. h. t.* 63 Tertia pars canonis, qui colligitur ex fundis reip. mœnium instaurationi deputandus est. *l.* 10. *supr. de oper. publ. l.* 18. *C. Theod. hoc titul.* Mod.

confer-

cónfertur, certum est satis posse sufficere. Dat. 3. Non. Jul. *Mediol.* OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

Emptor reipub. vel templorum ipsam perpetuo possidebit: nec ab eo potest avelli, licet alius offerat meliorem conditionem. Bart.

4. Iidem AA. 1.

EOs [2], qui auctione [3] prima fundorum juris patrimonialis, sive templorum [4] possessores effecti sunt, vel fuerint [5], firmum dominium tenere decernimus, ne [6] ulterius vacillet uniuscujusque possessio: sed teneat quisque jus proprium, quod dato pretio roboratum est, vel fuerit.

Emptio rei emphyteuticæ fiscalis facta a privato, vel etiam a civitate sub pacto ne teneatur ad canonem, tenet: sed pactum est irritum. Bart.

5. Imp. VALENTINIAN. 7 A.

SI [8], qui [9] ex titulo donationis, vel emptionis, sive ex alio quolibet titulo possessiones, vel domus, vel ergasteria juris duntaxat civilis, quæ hujus juris esse vere probantur, cujuslibet civitatis, & præcipue hujus æternæ urbis, cui majorem debemus favorem, tam civilis (ut dictum est) juris, quam etiam agnonotheticas possessiones, a consulatu Ausonii, & Olybrii, dempto [10] civili canone acceperint: eos impositum eis canonem juxta fidem publicorum monumentorum civitatis, ad quam eædem res pertinuerint, præbere jubemus. Nam si privati juris debita non patimur denegari, multo magis præbenda sunt civitatibus, quæ jure debentur: cum sufficiat [11] possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones juris civilis canonem privatis largitionibus in præsenti præbent, vel nunquam ademptum, vel postea impositum: ad hanc justionem non pertinebunt, sed privato ærario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos, successoresque eorum, & detentatores pari modo permanente [12]. Dat. 15. Kal. Februar. *Constantinop.* MARTIANO A. I. CONS. 451.

6. Imp. ZENO A. Eliano P. P.

HAc in perpetuum valitura lege sancimus, Nicensium [13] civitati [14], seu habitatoribus ejus, tam jus exactionis XL. [15] solidorum annui canonis civilis reditus ad suam patriam pertinentis, & possessoribus, id est, Callimacho [16], & Eliburno [17], necnon Emporio, & Veratorio [18] [cum Epotio [19] eorum sub territorio] Apamenæ civitatis constitutis, ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restituti: quam si quid ex quo sanctio Martiani divæ memoriæ lata est, ad ejusdem civitatis præjudicium gestum est, infirmari, & quod ex eadem provisione civitatibus delatum interea [20] qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostræ Serenitatis eisdem Civitatibus redhiberi: ita ut nec judiciaria auctoritas, nec imperiale rescriptum, quacunque vi delicet adjectione munitum, sæpe dictæ generalis legis vires possit infringere [21]. Quod si quis aliter fecerit, pœna gravi plectetur.

TIT. LXX.

DE LOCATIONE PRÆDIORUM CIVILIUM [VEL] FISCALIUM, SIVE TEMPLORUM [22], SIVE REI PRIVATÆ, [VEL] DOMINICÆ.

Prædia Principis, quæ in perpetuum locantur, sunt locanda divitibus & aliis cum fidejussoribus idoneis. Bart.

1. Imppp. GRATIANUS, THEODOS. & ARCADI. AAA. ad Florum P. P.

DIvi patris nostri aperta præceptione cavetur, fundos ex re privata nostra ita tradi perpetuarios [23], ut periculo [24] collocantium, officiorumque tradantur. Neque enim quicquam potest ex devotionis plenitudine vacillare, si apparitione judiciaria, & fundi idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fidejussione est munita, quorum si alterum, vel utrumque neglectum est: quæ ex hoc titulo pensitatio canonica defideratur [25], ex officiorum facultatibus fervetur [26].

A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem offerat conditionem. Bart.

2. Iidem AAA. Nibrio [27].

FUndi reipublicæ ab his, qui [nec [28]] titulo conductionis eos detinent [29], quique meliores cultu patrocinante reddiderint: nec

1 Cesario P. P. 2 Emptores patrimonialium fundorum, templorumve, solutis pretiis, dominium nunquam ipsis adimendum habeant. *Syn. fcifi. t.* 15. *tit.* 3. *c. in lib.* 55. *Mod.* 24 *l.* 7. *in fin. supr. de fundis patrimonialibus. h. l. tit.* 61. 3 *Actione*, Hal. *auctoritate.* 4 Templa paganorum ab Imperatoribus vendita fuisse, hic locus indicio est. *l.* 5. *supr. de fundis patrimon. h. l. tit.* 61. 5 Vide *l.* 6. *supr. de fundis patrimon. h. l. tit.* 61. 6 Nec. 7 Imp. Valentin. & Martianus AA. Palladio PF. P. Orientis, *in Novell. Martiani.* 8 Si qui vel per donationem, vel emptionem, vel per alium modum aut ergasteria civilia, præfertim Constantinopolitanæ urbis, aut *agonotheticas* possessiones a consulatu Ausonii & Olybrii, dempto canone, acceperunt, deinceps impositum eis ab initio canonem præbeant. Nam si privatos frandari nolumus, multo minus urbes: intellectu hujus l. vide Alvar. Valasc. *de iure Emphyteut. quæst. 1. num.* 7. S. L. 9 Sumpta ex Novella Martiani de præditis civitatum omnium, quæ hodie extat in breviario Alarici: sed hic multum immutata est. 10 *l. fin. supr. de fund. rei privat. h. l. tit.* 61. 11 Vide *leg. 6. supr. de fundis patrimonialib. h. l. tit.* 61. 12 *Ex Nov. Martiani* hæc subscriptio restituta est. 13 Ut Nicænorum civitati reditus circa Apamæam restituatur, quem Martianus ad allos usus destinaverat: & si quod aliud præjudicium ei civitati ex Martiani fanctione factum, irritum fit, quæ pœna in fecut hac metropolis est Bithyniæ. 14 De Nicæa intellige: metropoli videlicet Bithyniæ, sub qua fuit Apamæa. al. *Nicenensium.* al. *Nicæ sium.* 15 Al. *quadringentorum.* 16 Al. *Calamo.* 17 *Heliodoro.* al. *Eliborno.* al. *Zeliborno.* 18 Varateno. & *abogl.* & al. *Varatorio.* 19 Cujac. hic emendat, *Epotio*, vel dixi ad *l. fundum.* 68. *in fin. ff. de leg.* 3. *Novell.* 128. *cap.* 8. 20 *Interea*, & post illud verbum fit interpunctio. 21 Refringere. 22 Templorum & civitatum. 23 Differentia est inter perpetuarios conductores, de quibus hoc titulo tractatur, & emphyteuticarios. Perpetuarii enim domini non sunt, & mancipia manumittere non possunt, juris tamen tui abalienationem habent. Emphyteuticarii sunt domini & manumittere possunt; & ideo perpetuarium jus ab emphyteuticario recte distinguitur hoc modo *ex l. 2. supr. de off. com. rer. privat. perpetuarii emphyteuticarii.* sic enim ibi legendum. atque ita Nov. Valentiniani *de præs.* 30. annum. jus perpetuum separatur a jure emphyteuticario. Ergo conductio alia est perpetua, alia temporalis. *l.* 10. *supr. de locat.* ficut & emphyteusis dominii jus est perpetuum. *Mod.* 24 *l.* 7. *in fin. supr. de fundis patrimonialibus. h. l. tit.* 61. 24 Defiderant. 26 *Serventur*, sed in *lib. Aur. emendat.* 27 Al. *Nebridio Com. r. p. tertio in meo manuscr.* Cont. 28 Abest negatio a quibusd. veter. lib. & hanc locum affirmative legendum esse, Græcorum auctoritate confirmat Cujac. 29 Vide *l.* 1. *ff. si ager vectigalis.* 30 Addictionis, male. adjectio quid esset, dixi ad *l.* 1. *supr. de vendendis rebus civitatis. h. l. tit.* 31. *& ad tit. ff. de in diem addict.* 31 Imp. Arcadius & Honorius AA. Adriano P. P. *in quib. lib.* 32 Locatio prædiorum civilium fiscalium & templorum fit publice, prius edito libello & proscripto. *l.* 6. *supr. de fide & jure hasta fiscalis. l.* 10. *tit.* 3. Goth. Vide Mynsinger. *lib.* 4. *obf.* 23. Vincent. de Franc. *decif.* 406. *num.* 7. Boër. *decif.* 107. Sanmient. *lib.* 3. *select. cap.* 7. S. I. 33 Locationes prædiorum civilium fiscalium, templorum plus licitanti addicuntur. 34 *l.* 5. *verf. si vero pro talh.* Goth. Puto (inquit Cujacius) legem accipiendam de conductione temporali, ut veteres conductores novis præferantur contra *l. ne cui. supr. de locat.* fi quantum adjiciunt novi, tantundem offerant ipsi. Conductioni autem temporali supra adjicere licere probatur ex *l. feq.* atque cum conjungenda videtur *l.* 2. *supr. de offic. com. rer. privat.* vide & Sarmientum *lib.* 3. *select. c.* 7. Mod. 35 *Al.* additur, *vetus.* 36 Collocata. *Goth.* Ad hanc l. vid. Alc. *lib.* 1. *parerg. cap.* 37. S. I. *l. 6. supr. de fund. patrim. h. l. tit.* 61. 38 Colloeabitur. 39 Conductorem in perpetuum posse eam vendere, donare, & ad posteros transferre, hinc colligunt Azorii. *hic* & Bart. Corfet. *supr. Locatum.* 40 Pervenit. 41 Trahendam: dixi ad *l. fundum.* 68. *in fin. ff. de leg.* 3. *Novell.* 128. *cap.* 8. 42 Locationes rerum privatarum principis a Comite rerum privatarum habent.

44 *l.* 4. *supr. h. t.*

45 *C. Theod. lib.* 10. *tit. ult. l.* 1. 46 Legibus etiam addicti homines pertinentes ad domum Augustam, Græci ita habent, πάντες κατὰ νόμους πεδιτικοὶ εἰσιν καὶ τῷ δείῳ διαζεύξεως εἴσιν. 47 *Sententiam*, in *C. Theod.* 48 *Nullisque*, in *C. Theod.* 49 Se immiscerant. 50 Nec. 51 Hæc ultima clausula abest a *C. Theod.* 52 Adde *l.* 3. § 17. *ff. de SC. Silanian.*

data. Datum prid. Non. Mart. *Ravennæ*, THEODOS. XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS.

TIT. LXXII.

QUIBUS AD CONDUCTIONEM PRÆDIORUM FISCALIUM ACCEDERE NON LICET.

Palatini milites prohibentur a locatione fundorum principii. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Nestorio [1] Comiti R. P.

NUllus [2] Palatinorum, qui in officio rei noſtræ privatæ militant, conductionis [3] nomine, vel per ſe, vel per quamlibet perſonam poſſeſſionum hujusmodi conducendarum habeat facultatem: cum [4] neque militi [5] neque curiali hoc faciendum permittimus. Dat. 6. Kal. Auguſt. VINCENTIO, & FRAVITTA CONSS. 401.

TIT. LXXIII.

DE COLLATIONE FUNDORUM FISCALIUM, VEL REI PRIVATÆ, VEL DOMINICÆ, VEL CIVITATIS [6], VEL TEMPLI.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Firmino Com. S. L.

ORdinariorum [7] Judicum officiis, necnon ipſis Rectoribus Provinciarum, auctores [8] ſive conductores dominicos conveniendi licentiam damus: ita tamen, ut rationalibus privatæ rei ad exigenda fiſcalia debita immineant.

2. Iidem AA. Meſſalæ P. P.

PAlatinos, qui a [9] viro illuſtri Comiti rerum privatarum cum publicis literis deſtinantur ad commonitionem judicis, quo facilius ex præ diis rei noſtræ conferantur debitæ penſiones, cum ſumma [10] degere præcipimus diſciplina: de quorum nominibus, ſi temere verſati fuerint, ad ſublimitatem tuam referri per ordinarios judices oportebit, ut in eos ſeveriſſime vindicetur.

3. Iidem AA. & THEOD. A. Petronio [11] P. P.

OMnia prædia tam [12] ea quæ in re privata olim detinentur, quam illa quæ ex proſcriptorum bonis ad fiſcum ſunt devoluta: eatenus ab hujusmodi privilegiis & excuſationibus ſubmoveantur, ut omnes ſpecies annonarias, curſitationes [13] etiam debitas, atque integram opinionem [14] ſciant eſſe ſolvendam.

TIT. LXXIV.

DE PRIVILEGIIS DOMUS AUGUSTÆ, VEL REI PRIVATÆ, ET QUARUM COLLATIONUM EXCUSATIONEM HABENT.

Ad extraordinaria munera, vel ſuperindicta etiam fiſcalis poſſeſſor non cogitur.

1. Imp. CONSTANT. A. ad Italicum.

PRivatas [15] poſſeſſiones [16] noſtras ab univerſis muneribus ſordidis [17] placet immunes eſſe: neque earum conductores, neque colonos ad extraordinaria munera, vel ſuperindictiones aliquas convenire [18]. Dat. 8. Kalend. Febr. *Bononiæ*, PLACIDO & ROMULO CONSS. 344.

2. Imp. VALENT. A. [19].

REm privatam noſtram, levandorum [20] provincialium cauſa canonicas neceſſitates ea conditione, qua cunctos, volumus ſuſtinere: ſed exceſſit occaſio juſtionem: quandoquidem non locis ſolitis frumenta quæ ſunt ex diverſis ſaltibus convehenda, trahantur, ſed eo usque portentur, quo grave atque damnoſum eſt provehere. Proinde ſpectabilis [21] finceritas tua remanentes [22] in iisdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea frumenta præbebant [23].

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

PRo [24] tyronibus [25] in corporibus poſtulatis pretia conferri ex fundis perpetuariis noſtræ rei privatæ præcipimus.

4. Iidem AA. Aſclepiodoto P. P.

ABſit [26], ut nos inſtructiones viæ publicæ [27], & pontium [28] ſtratarumque opera [29] titulis majorum [30] Principum dedicata [31] inter fordida munera numeremus. Igitur ad inſtructiones, reparationesque itinerum, pontiumque nullum genus hominum, nulliusque dignitatis, ac venerationis meritis ceſſare oportet. † Domus [32] etiam [33] divinas [34] tam laudabili titulo libenter adſcribimus. Dat. 35 15. Kalend. Mart. CP. ASCLEPIODOTO, & MARINIANO CONSS. 423.

Nullus a ſuperindicto excuſatur excepta principis poſſeſſione. Bart.

5. Imp. THEODOS. & VALENT. AA. Flaviano Præfecto Prætorio.

EXcepto [36] patrimonio pietatis noſtræ, cujus [37] quidem reditus neceſſitatibus publicis frequentiſſime deputamus: univerſos poſſeſſores functiones in ſuperindictis [38] titulis absque ullius beneficii exceptione agnoſcere oportere cenſemus. Dat. 3. Kalend. Maji, *Ravennæ*, BASSO, & ANTIOCHO CONSS. 431.

TIT. LXXV.

DE GREGE DOMINICO.

Subtrahens equum de grege dominico, ipſum reſtituit: & in una libra auri punitur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæſario P. P.

PRopoſitis [39] edictis ſublimis Magnificentiæ tuæ, minimi, maximique moneantur, ut ſciant ſingulas [40] libras auri ex propriis facultatibus eruendas pro ſingulis equis, vel equabus, ſive [41] Hermogenianis [42] ſive Palmatis [43]: niſi ſponte eos [44] obtulerint: in his vero, quos ex aliis gregibus occupatos eſſe conſtiterit, ſex auri uncias fiſci juribus [45] inferendas. Dat. prid. Kal. Decembr. *Conſtantinop.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

TIT. LXXVI.

DE PALATIIS [46] ET DOMIBUS DOMINICIS.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Joanni Comiti rerum privatarum.

CONſecratas nobis ædes, id [47] eſt, inclyta palatia, ab omni privatorum [48] uſu, & communi habitatione excipimus.

TIT. LXXVII.

DE CUPRESSIS EX [49] LUCO DAPHNENSI [50], VEL PERSEIS [51] PER ÆGYPTUM NON EXCIDENDIS, VEL VENDENDIS.

Ementes & vendentes arbores cupreſſi in locis hic nominatis, puniuntur. Bartol.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Sylvano Com. R. P.

SI quis [52] Daphnenſis [53] luci in Syria, vel Perſeis in Ægypto arbores comparaverit, quinque libris auri noverit ſe eſſe multandum: non minore diſpendio, & illo feriendo, qui vendere arbores auſus fuerit [54], quas non licet emptoribus comparare.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Eudoxio Præfecto Prætorio.

OMnes [55] judices cujuscunque dignitatis ſciant poſthac absque permiſſu Magnitudinis tuæ arborem ex Daphnenſi [56] luco Antiochenæ civitatis præcidendi, vel quolibet modo lapſas transferendi, licentiam ſibimet denegandam. Sed [57] nec Alytarcha [58] unam cupreſſum, aliis plantatis, excidere ſibi licere contendat. At ne ſolatio antiquitus ei conceſſo privari per omnia videatur: pro eo, quod ei cupreſſum excidere denegatur, unam libram auri [59] eum de [60] privatis noſtris largitionibus accipere decernimus: quinquaginta [61] librarum auri condemnatione hujus legis temeratore plectendo.

---

1 Ad eundem ſcripta *lex uſit. 3. de reſcind. vend.* Goth. Hoc ſuncit: Ne poſſeſſiones rei privatæ locentur palatinis, id eſt, apparitoribus Comitis privatarum, ne militibus, ne curialibus, quod & rebus privatorum cauum eſt, ne curialibus vel militibus, non quod etiam (Cuiacii verba ſunt) ne palatinis, quibus etiam rerum privatarum emptio interdicta eſt. *Mod.* 2 *C. Theod.* 10. 3. 6. *para l. uit. ſupr. de reſcind. vend.* 3 Conducere prædia fiſcalia palatini, id eſt, apparitores Comitis rerum privatarum non poſſunt, *ad fac.*, ut nec emere res privatas principis. *l. uit. 3. de reſcind. vend.* 4 Palatino non licet, quod non licet militi, aut curiali. 5 Conducere prædia fiſcalis miles, vel curialis non poteſt.

6 Civitatum vel templorum. 7 Ædores & conductores dominici ſub Præſidum jurisdictione ſunt: nihi de debito fiſcali agatur: nam quod ad debita fiſcalia & collationes attinet, ſub Jurisdictione ſunt procuratoris Cæſaris. vid. *tit. ſupr. ubi cauſa fiſcales. tribut. l. 5. ſupr. de collat. fundorum patrimonial. l. 3. lib. tit.* 6. 4. *l.* 6. *in fin. ſupr. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. 8 *Actores*, *in tot. quibusd. libr. quod probat Cuiac. Oracorum auctoritate, qui vertunt* ΔΙΟΙΚΗΤΑΣ. 9 *l.* 2. *l.* 3. 8. *de canone largit. tit. l.* 10. *tit.* 23. 10 Tributorum exactores modeſte ſe gerere debent in exigendo. adde *l.* 33. *ff. de uſuris.* 11 Al. *Crotronis.* in meo Cont. 12 A præſtatione annonarum curſus & cenſus Sunt enim hæc ordinaria. de extraordinario, vid. *l. 1. tit. prox.* 13 Curſitationes, curſus debitum, transvectio. 14 Opinio eſt cenſus.

15 *C. Theod.* 11. 16. 5. 16 Reas in *C. Theod.* 17 Privati fundi primidiaria munera, vel ſuperindictiones ſuſtinent. *Syn. Baſil.* 54. *tit.* 7. *ex tit.* 8. *C.* 17. adde Valens, & Gratian. AAA. ad Claudium, in *quibusd. lib.* 19 Impp. Valent. *l. 1. ſupr. de collegiat. h.l. tit.* 17. vid. *l.* 8. *ſupr. de annonis & trib. l.* 10. *tit.* 16. Cujac. al. *remanent.* al. *rem manentem.* 20 Vid. *quæ* ſcripſi ad 21 Spectata. 22 Legendum, *rem eandem*, hoc eſt, rem privatam, ut ſcribit dorum domus patrimonialis & poſſeſſionibus indictum. *l.* 7. *C. Theod. de tyronib.* Veget. *l. cap.* 7. Tyronum productio ſeu proſecutio perſonalis, *l uit.* 8. 3. *ff. de muneribus.* 25 Al. *Ita Tertullianus in corpor. Sfc.* 26 *C. Theod.* 15. 1. 6. *para huius l. & l.* 7. *l.* 7. *de ſacroſ. eccleſ.* 27 Non vult poſſeſſiones divinæ domus (id eſt, domus Auguſtæ ut que reſtinendarum immunitatem habere, idemque de eccleſiaſticis perdite conſtitutum eſt. *Nov.* 131. *l.* 7. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* & ut hæc omera fordida non cenſentur, quæ aliquando tumen fordidis adnumerata ſunt, *l.* 17. *Cod. Theod. de ext. mun.* contra rationem, pravaque appellatione, ut eſt in *Nov. Theodoſii*: *Neque dom. div. neque eccleſ. quæ. vulg. mun.* text. Mod. 28 A pontium & itinerum inſtructionibus nemo immunis eſt, ne religioſa quidem vel auguſta domus: quippe nos fordida ſunt ſita munera. *Synopſ. Baſil. ibid. cap.* 15. *l.* 7. 3. *de ſacroſ. Eccleſ. Synopſ. Baſil.* 54. *tit.* 7. *ex lib.* 56. *tit.* 15. *cap.* 21. adde *l.* 1. 3. *de collat. fund. patrim. h. l. tit.* 6. 29 *Operam*, in *C. Theod.* 30 Magnorum. 31 Dedicatam. 32 *Eccleſ. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 5. 33 Εὐαγὲς εἰκὸς ἦ βασιλικὸς, religioſa vel Auguſta domus. *l.* 7. *ſupr. de ſacroſanct. Eccleſ. Synopſ. dicto loco.* 34 *Ac venerandas eccleſias*, additur in *C. Theod.* quem vide: multa enim hic derrasa & immutata ſunt. 35 *ſc.* V. 36 *C. Theod.* 11. 1. 36. 37 Privati principis ærarii rectitus ad neceſſitates publicas deputatus erat, hoc eſt, ad donationes, & largitiones. vid. *l.* 2. 3. *de cuprreſſ. h. lib. tit.* 77. 38 Superindictum non præſtant tundi privati principis. vide *l.* 15. *ſupr. de excuſat. munerum. l.* 10. *tit.* 47. 39 *C. Theod.* 10. 6. 1. *Junge titul. de equis curalibus in Cod. Theod.* 13. 10.

40 Equum ex grege dominico occupans, nec ultro reddens, multatur libra auri: qui ex alio grege, ſemilibra. Ut hinc conſtet, quare equorum fuerit pretium apud veteres. Libra enim auri 72. ſolidorum fuit. 41 *Ejus Hermogeniani & ſcimus*, 1. *C. Theod. de equis Curalib.* An ab agitatoribus ita dicti, ut putat Alciatus? An Hermogenii, quod Herme feu Mercurio genii? Palmati vero, quod victorum & triumphantium? 42 Vide hic Alciat. & Cujac. 43 Al. *palmatitis.* 44 Al. *ſua*, quod quidam magis probant & referunt ad libras. 45 *Viribus*, in *C. Theod.*

46 Al. *De palatiis dominis*, & *ita in C. Theod.* 47 Palatia, principum ædes. 48 Palatia privatorum ubibus ſervire non debent. *l. quicunque.* 17. 3. *de operibus publicis.* 49 Cupreſſorum meminit *l.* 16. 8. 1. *ff. quod vi aut clam.* 50 Daphnes.

51 Perſeidis. ſeu vide *ite* Alciatum. 52 Huc pertinet *l.* 12. *C. Theod. de jure fiſci. l.* 45. 8. *conducitor.* 13. *ff. de jure fiſci.* 53 Al. *Daphnes.* Eſt autem Daphne, ſuburbanus locus Antiochiæ, cupreſſis obſitus. de quo vide Stephanum & Sozomenum *lib.* 5. *cap.* 19. & Niceph. *lib.* 10. *eccleſiaſt. hiſtor.* Ammian. *lib.* 16. *in fin.* Daphnenſis quoque palatii meminit *l.* 2. *C. Theod. de aquæductu.* 54 Argumentum a correlativis. Empitio ubi prohibita, & venditio quoque prohibita eſt. *Goth.* Si enim emptor rem iniquam facit, probabile etiam eſt venditorem rem iniquam facere, *l.* 10. *l. de curſ. publ.* quod tamen non eſt perpetuum. vid. Forcatulum *Necyoman. dialog.* 1. *num.* 10. Moder. Anco. *in tract. de intereſt.* 4. *part. n.* 42. Bipe. de Sancto Blaſio *in tract. correlativorum.* n. 40. Mod. 55 Vide Cujac. 2. *objerv.* 13. Forsatulum 1. *Copitatus* 1. Goth. Adde Covarruvium *de collat. vet. numiſ. c.* 4. Mod. 56 Daphnes.

57 *Theod. de jure fiſci. lib.* 10. 58 Al. *a duce*, *vel a littore.* ſed rectior eſt excuſa lectio. 59 Auri condemnatione. 60 Princeps ex privato ærario domo & largitiones, pubblice & privatim faciebat, & ad eam rem neceſſaria comparabat, *ut hic. Sſc.* 1. *ſupr. de metallar. l. ult. ſupr. de private. domus Auguſta.* His præfectus Comes theſaurorum & ſacrarum largitionum, remunerationum, vel munerationum, de quo alias ſepe dictum eſt. Fiebant autem hujusmodi largitiones affatim Kal. Jan. *l. laudabile.* 4. 9. 1. *ſupr. de adoes. diverſ. judicum.* 61 Quinqua

D. JUSTI-

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER DUODECIMUS.

TIT. I.

DE [1] DIGNITATIBUS [2].

De fœminis.

1. Imp. ALEXANDER A. Severinæ [3].

SI (ut proponitis) & avum Conſularem, & patrem Prætorium virum habuiſtis, & [4] non privatæ conditionis hominibus, ſed clariſſimis nupſeritis: claritatem generis retinetis. Sine die & Conſule.

De his, qui ad dignitates non admittuntur.

2. Imp. CONSTANT. [5] A. Voluſiano P. P.

NEque famoſis [6], & notatis [7], & quos ſcelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt [8].

De majori dignitate adepta.

3. Idem ad Nuphidum P. P.

MAjor dignitas nulli debet circa prioris [9] dignitatis ſeu militiæ privilegia præjudicium facere. Dat. 5. Kalend. Maji, *Sirmii*, CONSTANTIN. A. V. & LICINIO CC. CONSS. 319.

De Senatoribus.

4. Impp. CONSTANTINUS [10], & CONSTANS AA. Philippo.

SEnatorum ſubſtantias, quas in diverſis locis, & provinciis poſſident, & homines [11] eorum, tam a [12] temonariis [13] oneribus conferendis, quam a cæteris præſtationibus, quas judices deſcribunt, necnon etiam ab omnibus ſordidis muneribus extraordinariisque, & vilioribus liberos eſſe præcipimus: nullaque ſorte [14] conſtringi functionis indignæ.

5. Idem ad Clearchum [15].

NEmo Præfectus urbis citra præceptionem, vel ſcientiam noſtram ulli muneri ſubjiciendo [16] Senatorem: nemo curiam noſtram immani pulſet injuria. Si quid enim Senatoria præditis dignitate fuerit forte mandandum: noſtro id judicio referrandum [17] eſt: ſit [18] namque dignitas, quæ [19] nobis jubentibus ſuſtinetur.

De his, qui ad dignitates non admittuntur.

6. Idem Orphito [20].

NE [21] quis ex [22] ultimis negotiatoribus, vel monetariis [23] abjectisque officiis, vel deformibus miniſteriis [24], vel ſtationariis [25] omnique officiorum fæce, diverſisque paſtis turpibus lucris, aliqua [26] frui dignitate [27]: pertentet, ſed & ſi quis meruerit, repellatur: repulſos autem etiam propriis reddi conſortiis oportebit [28].

De Senatoribus.

7. Idem [29] ad Senatum.

QUoniam diverſi judices nonnulla opera in quibusdam exiſtimant urbibus extrunda, ad [30] hujusmodi neceſſitatem Senatorum ſubſtantia non [31] vocetur. Dat. 5. Non. Maji, TAURO, & FLORENTIO CONSS. 361.

8. Imp. JULIANUS A. Salluſtio [32].

JUs [33] Senatorum [34], & auctoritatem ejus ordinis (in [35] quo nos quoque ipſos numeramus) neceſſe eſt ab omni injuria defendere. Dat. Non. Febr. *Conſtantinop.* MAMERTINO, & NEVITTA CONSS.

De filiis libertorum.

9. Idem Julianus.

LIbertorum [36] filios adipiſci clariſſimam dignitatem non prohibemus.

De quæſtionibus.

10. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENT. AAA. ad Grachum P. P. [37].

SEveram indagationem per tormenta [38] quærendi, a clariſſimo [39] homine ſubmovemus. Dat. prid. Non. Januar. GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 378.

11. Iidem [40] AAA. ad Procopium.

SEnator [41], vel alius Clariſſimus privatos [42] habeat [43] filios, editos quippe, antequam [44] ſuſciperet dignitatem, quod non ſolum circa maſculos dignoſcitur conſtitutum, verum etiam circa filias ſimili conditione ſervandum. Cum [autem] paternos honores invidere filiis non oporteat: a Senatore, vel ſolo [45] clariſſimo ſuſceptum, in Clariſſimatus ſciendum eſt dignitate manſurum. Dat. 15. *Hieraapoli*, GRAT. A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 378.

De furtis, & ſceleribus judicum.

12. Impp. GRATIANUS, VALENTINIANUS & THEOD. AAA. Neotherio P. P. [46].

JUdices, qui [47] ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe convicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſque, & plebejos habeantur [48]: nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſeipſos [49] indignos indicaverunt. Datum 18. Kalend. Februar. *Theſſalon.* GRATIAN. V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

De fœminis.

13. Imppp. VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. AAA. Martiano Comiti Orientis [50].

MUlieres [51] honore [52] maritorum erigimus, genere nobilitamus [53], & forum ex eorum perſona ſtatuimus: & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum poſtea fortitæ fuerint: priore dignitate privatæ, poſteriores mariti ſequentur conditionem. Datum 4. Kalend. Februar. *Conſtantinop.* ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

De Senatoribus.

14. Impp. THEOD. & VALENT. [54] AA. Baſſo P. P.

PRæcipimus, ut Senatori in qualibet provincia conſtituto [55] nullam habeant Judices injungendi aliquid forte [publici] muneris potestatem.

---

1 Eclog. *lib.* 6. *tit.* 1. 2 Harmen. *lib.* 6. *tit. de dignitatib.* 3 *Severiana in meo manuſcr.* Cont. al. *Severina*, al. *Antonin.* al. V. ad *l.* 1. Cuiac. 4 Dignitatem ſuam Conſularis & Prætoria mulier amittit nubendo privatæ conditionis hominis. *l.* 8. *ff. de ſenatoribus.* adde *l.* 3. *ſupr. de nuptiis*, *l.* 11. *tit.* 7. Ita plebeji ſunt nati matre nobili. *l.* 8. *ff. h.* patre plebejo. Sic Virginia patricia per nuptias ſuas plebeja eſt. Livius 10. vide *l.* 13. *l. h. t.* 5 Al. *Alexander.* 6 Infames & inhoneſti (οἱ ἄτιμοι & αἰσχροὶ) *ſuppediti ſacramento ſolutis ſunt. l.* 10. *tit.* 54. *l.* 1. 3. *de teſtimonio. l.* 2. *ff. de offic. adjeſſor.* adnotatos. Cuiac. *Goth.* Hi non ſunt ipſo jure infames; hæret tamen in eis macula quædam, ut quod judicio publico rei in vinculis ſunt, vel qui ab teſtimonium dicendum petenti nota ab infamia diſtinguitur in 3. 3. *ſupr. ff. de teſtib. Mod.* 7 Al. *rem*, quod quidam magis probant & referunt ad libras. 8 Senatus portæ: *honore quasi ingenuos carentes.* de qua vide Cujacium *obſ. lib.* 1. *c.* 28. Falſa autem adjicit Accueſt proditum, & de militibus ignominia miſſis, non de aliis infamibus, aliisquin non unatus ſolum vertere cogeretur. *Mod.* 9 Id eſt, inferiores, ſilentiarius allectus *l.* 10. *tit.* 47. *l.* 3. *l. de ſilentiar. l. l. tit.* 16. *l.* 1. *l. de primicerio. h. l. tit.* 7. 10 Al. *quarter*, actores, clientes, coloni. Galli in ea ſignificatione dicunt *hommes.* dixi ad *l.* 1. *ſupr. de emancipatis.* 11 Senatorum patrimonia a temonario onere & ſordidis præſtationibus, extraordinariis, vel vilioribus liberi ſunt. adde *l.* 7. *l. h. t.* 12 Temonarii præſtare eſt præſtatio tyronum equorum, aut tyronici, ut Cujac. interpretatur. 13 Temo. Galli *le charroy.* 14 Al. *Sorde.* 15 Al. Valentianus & Gallienus AA. Impp. Diocl. & Maximian. AA. 16 *Eclog. cap.* 22. 17 Servandum. 18 Si. 19 Si. 20 Al. vel monetarius, vel publicanus, vel abjecti officii (ἐξώστρα ποιητέα τελώνης ἢ ἄλλο ὑπόπτου ἐφόριον) dignitatem aliquam conſequi perentes, quod ſi etiam conſecutæ aut mechanica nobili dignitatem aut nobilitati, vid. Tiraquell. *de nobilitate cap.* 33. & caſormia miniſteria cenſentur. 21 *Deformis miniſterii ſtationaria*, *ex quibus.* Cujac. 2. *obſerv. uit.* 22 Stationarii qui, dixi ad *l.* 11. 5. 7. *ff. de injuriis*, vid. 26 Adde *l. unic. l. negotiatores ne militibus h. l. tit.* 35. *ibid. cap.* 15. *l.* 7. 3. *de ſacroſ. Eccleſ. Synopſ. Baſil.* 54. *tit.* 7. *ex lib.* 56. *tit.* 15. *cap.* 21. adde *l.* 1. 3. *de collat. fund. patrim. h. l. tit.* 6. 29 *Operam*, in *C. Theod.* 30 Magnorum. 31 Dedicatam. 32 *Eclog. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 5. 33 Εὐαγὲς εἰκὸς ἦ βασιλικὸς, religioſa vel Auguſta domus. *l.* 7. *ſupr. de ſacroſanct. Eccleſ. Synopſ. dicto loco.* 34 *Ac venerandas eccleſias*, additur in *C. Theod.* quem vide: multa enim hic derrasa & immutata ſunt. 35 *ſc.* V. 36 *C. Theod.* 11. 1. 36. 37 Privati principis ærarii rectitus ad neceſſitates publicas deputatus erat, hoc eſt, ad donationes, & largitiones. vid. *l.* 2. 3. *de cuprreſſ. h. lib. tit.* 77. 38 Superindictum non præſtant tundi privati principis. vide *l.* 15. *ſupr. de excuſat. munerum. l.* 10. *tit.* 47. 39 *C. Theod.* 10. 6. 1. *Junge titul. de equis curalibus in Cod. Theod.* 13. 10.

40 Equum ex grege dominico occupans, nec ultro reddens, multatur libra auri: qui ex alio grege, ſemilibra. Ut hinc conſtet, quare equorum fuerit pretium apud veteres. Libra enim auri 72. ſolidorum fuit. 41 *Ejus Hermogeniani & ſcimus*, 1. *C. Theod. de equis Curalib.* An ab agitatoribus ita dicti, ut putat Alciatus? An Hermogenii, quod Herme feu Mercurio genii? Palmati vero, quod victorum & triumphantium? 42 Vide hic Alciat. & Cujac. 43 Al. *palmatitis.* 44 Al. *ſua*, quod quidam magis probant & referunt ad libras. 45 *Viribus*, in *C. Theod.*

46 Al. *De palatiis dominis*, & *ita in C. Theod.* 47 Palatia, principum ædes. 48 Palatia privatorum ubibus ſervire non debent. *l. quicunque.* 17. 3. *de operibus publicis.* 49 Cupreſſorum meminit *l.* 16. 8. 1. *ff. quod vi aut clam.* 50 Daphnes.

51 Perſeidis. ſeu vide *ite* Alciatum. 52 Huc pertinet *l.* 12. *C. Theod. de jure fiſci. l.* 45. 8. *conducitor.* 13. *ff. de jure fiſci.* 53 Al. *Daphnes.* Eſt autem Daphne, ſuburbanus locus Antiochiæ, cupreſſis obſitus. de quo vide Stephanum & Sozomenum *lib.* 5. *cap.* 19. & Niceph. *lib.* 10. *eccleſiaſt. hiſtor.* Ammian. *lib.* 16. *in fin.* Daphnenſis quoque palatii meminit *l.* 2. *C. Theod. de aquæductu.* 54 Argumentum a correlativis. Empitio ubi prohibita, & venditio quoque prohibita eſt. *Goth.* Si enim emptor rem iniquam facit, probabile etiam eſt venditorem rem iniquam facere, *l.* 10. *l. de curſ. publ.* quod tamen non eſt perpetuum. vid. Forcatulum *Necyoman. dialog.* 1. *num.* 10. Moder. Anco. *in tract. de intereſt.* 4. *part. n.* 42. Bipe. de Sancto Blaſio *in tract. correlativorum.* n. 40. Mod. 55 Vide Cujac. 2. *objerv.* 13. Forsatulum 1. *Copitatus* 1. Goth. Adde Covarruvium *de collat. vet. numiſ. c.* 4. Mod. 56 Daphnes.

57 *Theod. de jure fiſci. lib.* 10. 58 Al. *a duce*, *vel a littore.* ſed rectior eſt excuſa lectio. 59 Auri condemnatione. 60 Princeps ex privato ærario domo & largitiones, pubblice & privatim faciebat, & ad eam rem neceſſaria comparabat, *ut hic. Sſc.* 1. *ſupr. de metallar. l. ult. ſupr. de private. domus Auguſta.* His præfectus Comes theſaurorum & ſacrarum largitionum, remunerationum, vel munerationum, de quo alias ſepe dictum eſt. Fiebant autem hujusmodi largitiones affatim Kal. Jan. *l. laudabile.* 4. 9. 1. *ſupr. de adoes. diverſ. judicum.* 61 Quinqua